

Universitätsbibliothek Wuppertal

Hugonis Grotii De Jure Belli Ac Pacis Libri Tres

Grotius, Hugo

Hagae Comitum, 1680

Ex vita S. Ludovici

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-868)

S. LUDOVICI

Regis Francorum descripta à Joinvillio, cap. LXXXIX.

Qui in magno erant Regis consilio sæpe cum reprehendebant quod tantum laboris sumeret ad pacem inter externos reponendam; mendose eum facere quod non eos bellare sineret; aliquanto post fore ut rectius transigatur. Respondebat Rex non recte eos loqui. Si, inquit, Principes & dynastæ vicini regni mei viderent me facile perpeti ut bella inter se gererent, dicerent inter se; Rex Francorum dolo malo nos bellare patitur: atque inde odium in me conciperent, & aliquando me incurfarent, unde malum regno meo evenire posset: Præterea fieri posset ut & Dei iram in me accerferem, cum dicat Deus benedictos esse qui operam dant ut ad pacem & concordiam revocentur discordantes. Affirmare possum & Burgundiones & Lotharingos conspecta Regis bonitate & justitia, tam ejus fuisse amantes eique obsequentes, ut causas controversiarum inter ipsos ortarum apud ipsum agerent. Vidi eos sæpe venientes modo Lutetiam, modo Remos, modo Melodunum, modo in loca alia in quibus Rex erat.

Ex vita ejusdem juxta Mandata

S. LUDOVICI

Regis data filio ex Actis Collegii Rationalium in urbe Parisiensi.

Siqua controversia aut actio in te moveatur, inquire in veritatem quam contra te quam pro te. Siquid alieni habere te animadvertas, quod aut te aut majores tuos cepisse coactet, fac illico restituarur. Cave bellum geras adversus Christianum quemquam, nisi ex multorum consilio, & ita si bellum evitare non possis. Quod si bellum habeas, abstine ab Ecclesiasticis & iis qui tibi nihil nocuerent. Si inter subditos tuos bellum aut rixæ orientur, fac eos ad concordiam reducas quamprimum fieri potest. Sæpe specta quid Bailivi, Præpositi, & alii officiales tui faciant, & in eorum actus inquire, ut si quid corrigendum sit id corrigas. Fac nullum turpe peccatum regnet in regno tuo.

HUGO.